



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 64. Mahometis II. votum de exterminandis omnibus Christianis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV.

A C 1469.

§. LXIV.

*Mahometis II. votum de exterminandis omnibus Christianis.*

*Tariens.**Comm. l. 7.*

Mahometes II. immodica in Christianos effervescebat iracundia, eo quod non ita pridem Venetæ classis Præfectoris Ænum Thraciæ oppidum, quod fortissimo etiam Turcarum portu munitum erat, deprædatus esset, atque incendio absumpsiisset. Hujus urbis jacturam ulciscendi libido adeo vehementer accendebat Mahometis animum, ut hoc anno dirum prorsus & immane nuncuparet votum, quo spopondit, *non visurum se somnum oculis, non epulaturum dulcia, non petitorum amœna, non tractaturum speciosa, non ab Oriente in Occidentem suam versurum faciem, donec dejecisset, & conculcasset equi sui unguis Christi cultores, & omnium (ut blasphemus effutiit) eorum iniquitatem a facie terræ, quantum pertinet ab Oriente in Occidentem, ad laudem veri Dei Sabaoth, & magni Prophetæ Mahometis exterminasset.*

Hoc votum Mahometes emisso legitur anno vigesimo quinto Imperii sui; si ejus initium repetatur a tempore, quo Pater ejus illi prima vice imperium cesserat. Veneti hujus nefandi voti exemplar Ragusium transmiserunt, illudque ibidem, italicice

Italice redditum ad summum Pontificem Secul. XV.  
direxerunt. Illius vero funestos effectus A.C. 1469.  
paulopost recensebimus.

§. LXV.

*Eduardus a Varvicensi Comite in  
Angliam reverso captus.*

Nullum erat Angliæ a male cæptis tu-  
multibus otium. Varvicensis Co-  
mes tum in Galliis agens, comperto fe-  
lici suorum successu Caletum contendit,  
atque interim illius urbis Præfecturam  
cuidam Vasconia Nobili, cognomento  
Vauclet demandavit, ipse vero cum Cla-  
rentiæ Duce genero suo in Angliam re-  
versus est; Ibidem ambo copias suas re-  
centi victoria gloriofas Veroyici con-  
jungunt, ac demum plurimarum legio-  
num supplementis eorum nomine con-  
scriptis austi in Angliæ Regem movent;  
Nec segnius ipse Eduardus suum quo-  
que exercitum contrahit, hostemque ag-  
gredi tentat. Jamque instructa utrinque  
acie parabatur proelium, cum ecce! non-  
nulli præter spem pacis consilia sugge-  
runt, & quoniam Rex serio eam reddi  
exoptabat, Comes vero concordiæ desi-  
derium simulabat: hinc adeo proxima  
credebantur pacis foedera, ut Eduardus  
labente militari disciplina, neglectisque  
excubiliis omnem periculi metum ex intem-